130 ~~2961~~ 2915

Feria Secunda pridie Festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 10/XI

Snopkowski Vexillifer Latyczovien & Woiakowski Pincerna Zydaczovien Roborant. 415

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren Capitan Premysliensibus Generosi Albertus de Snop
kow Snopkowski Vexillifer Laticzovien ab una et Andre
as de Woiakowa Woiakowski Pincerna Zydaczovien parte
ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris
Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis foro
prius et competentibus recedendo praesenti vero Castren Ca
pitan Premyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet
se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo fidem li
bere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et praeci
pue Generosus Woiakowski Pincerna Zydaczoviensis
suo et Generosae Theresiae de Trzebska [illegible] Conthoralis suae
Legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se praesentibus
inscribit nomine sibi mutuo et invicem una Pars alte
ri ac posteris utriusque partis se ac suos successores in et su
per bonis suis generaliter omnibus summisque pecuni
ariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obli
gant praesentibus. Contractum certum inter se Recognitae

2916 ~~[illegible]~~

et præfatum Generosum Woiakowski ratione certarum rerum et conditionum in eadem contentarum contentarum de actu et data illius hic Præmyslis die hodierna in actu contenta confectum consensitum manibus suis Progrosentium propriis absumque subscriptum in omnibus et singulis contractus eius dem conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus generaliter universis tenere habere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibus et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere contractum præfatum ad Inscriptionem præsentem roboratoriam et inscriptionem præsentem roboratoriam ad contractum memoratum in toto vicissim referendo. Sub vadio summa duorum millium florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus unius partis ob non completionem contentorum contractus memorati omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum incumbendo. Pro quoquidem vadio modo præmisso ad solvendum succumbito ac pro re aliqua principali ex contentis contractus præfati non completa complenda stata existens memorata pars una præmissa non tenens aut eius posteri ad instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis sive eius successorum ad officium præsens castrense Capitaneale Præmysliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio sta re iuri parere respondere vadium præfatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum facere debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem

omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate suorum legatione intra vel extra Regnum venitio militari ad mumentionem ad quietorem vel alius quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Acquietationem praeterea ultra proximos offiey przyiati Castren Capitan Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensoriis fatalis iuris praesentis ponere Terrestri bello conventiones ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Ac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho post Festum Sancti Martini Pontificis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 15/XI

415

Borkowska Zdzianskie Fratrem Suum Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliens Generosa Anna de Zdzianny Borkowska primum olim Generosi Stephani Zwiartowski ad praesens vero